

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST. Laibacher Diocestanblatt.

St. VIII.

1896.

Vsebina: 47. Epistola encyclica de unitate ecclesiae (Finis). — 48. Responsa S. Rituum Congr. circa dubia quoad officia votiva. — 49. Decretum generale circa orationes in missis defunctorum. — 50. Decretum S. Rit. Cong. circa dubia quoad ecclesiae consecrationem. — 51. Impedimenta consanguinitatis commulatae. — 52. Trauung von Officieren des Ruhestandes. — 53. Die Eintragung des Namens des unehelichen Vaters in die Taufmatrikel ist von der zuftimmenden Erklärung der Mutter nicht abhängig. — 54. Apostolisches Breve bezüglich der zur Gewinnung der Ablässe erforderlichen Beichte. — 55. Ausfertigung von Ex officio-Matriken-Auszügen für Ungarn und fremde Staaten. — 56. Slovstvo. — 57. Konkurzni razpis. — 58. Škofijska kronika.

47.

Venerabilibus fratribus patriarchis primatibus archiepiscopis episcopis aliisque locorum ordinariis pacem et communionem cum apostolica sede habentibus

LEO PP. XIII.

(Finis.)

Quibus rebus rursus noscimus in constituta christiana republica caelestem descriptionem mentemque divinam. Videlicet cum Ecclesiam divinus auctor fide et regimine et communione unam esse decrevisset, Petrum eiusque successores delegit in quibus principium foret ac velut centrum unitatis. Quare Cyprianus: *Probatio est ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: Ego tibi dico, inquit, Quia tu es Petrus... Super unum aedificat Ecclesiam. Et quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, et dicat: sicut misit me Pater... tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit.*¹⁾ Atque Optatus Milevitanus: *Negare non potes, scire te in urbe Roma Petro primo Cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, unde et Cephas appellatus est: in qua una Cathedra unitas ab omnibus servaretur: ne ceteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut iam schismaticus et peccator esset,*

qui contra singularem Cathedram alteram collocaret.¹⁾ Unde est illa ipsius Cypriani sententia, cum haeresim tum schisma ex eo ortum habere gignique, quod debita supraeme potestati obedientia abiicitur: *Neque enim aliunde haereses obortae sunt aut nata sunt schismata, quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos et ad tempus iudex vice Christi cogitatur.*²⁾ Nemo igitur, nisi cum Petro cohaereat, participare auctoritatem potest, cum absurdum sit opinari, qui extra Ecclesiam est, eum in Ecclesia praeesse. Quare Optatus Milevitanus reprehendebat hoc nomine Donatistas: *Contra quas portas (inferi) claves salutares accepisse legimus Petrum, principem scilicet nostrum, cui a Christo dictum est: tibi dabo claves regni caelorum, et portae inferi non vincent eas. Unde est ergo, quod claves regni caelorum vobis usurpare contenditis, qui contra cathedralm Petri... militatis?*³⁾

¹⁾ De schism. Donat. lib. II.

²⁾ Ep. XII, ad Cornelium, n. 5.

³⁾ Lib. II, n. 4. 5.

Sed Episcoporum ordo tunc rite, ut Christus iussit, colligatus cum Petro putandus, si Petro subsit eique pareat: secus in multitudinem confusam ac perturbatam necessario delabitur. Fidei et communionis unitati rite conservandae, non gerere honoris caussâ priores partes, non euram agere satis est; sed omnino auctoritate est opus vera eademque summa, cui obtemperet tota communitas. Quid enim Dei Filius spectavit, cum claves regni caelorum *uni* pollicitus est Petro? Summum fastigium potestatis nomine *clavum* eo loco designari, *usus biblicus* et Patrum consentientes sententiae dubitari non sinunt. Neque secus interpretari fas est, quae vel Petro separatim tributa sunt, vel Apostolis coniunctim cum Petro. Si ligandi, solvendi, pascendique facultas hoc parit in episcopis, successoribus Apostolorum, ut populum quisque suum vera cum potestate regat, certe idem parere eadem facultas in eo debet, cui pascendi *agnos* et *oves* assignatum est, Deo auctore, munus: *Non solum pastorem (Petrum), sed pastorum pastorem (Christus) constituit: pascit igitur Petrus agnos, pascit et oves, pascit filios, pascit et matres: regit subditos, regit et praelatos quia praeter agnos et oves in Ecclesia nihil est.*¹⁾ Hinc illae de beato Petro singulares veterum locutiones, quae in summo dignitatis potestatisque gradu locatum luculente praedicant. Appellant passim *principem coetus discipulorum: sanctorum Apostolorum principem: chori illius coryphaeum: os Apostolorum omnium: caput illius familiae: orbis totius praepositum: inter Apostolos primum: Ecclesiae columen.* Quae omnia concludere Bernardus iis verbis videtur ad Eugenium Papam: *Quis es? Sacerdos magnus, summus pontifex. Tu princeps episcoporum, tu heres Apostolorum . . . Tu es, cui claves traditae, cui oves creditae sunt. Sunt quidem et alii caeli ianitores et gregum pastores; sed tu tanto gloriosius, quanto et differentius utrumque prae ceteris nomen hereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi universi crediti, uni unus, nec modo ovium, sed et pastorum, tu unus omnium pastor. Unde id probem quaeris. Ex verbo Domini. Cui enim, non dico episcoporum, sed*

*etiam Apostolorum, sic absolute et indiscrete totae commissae sunt oves? Si me amas, Petre, pasce oves meas. Quas? illius vel illius populos civitatis aut religionis, aut certi regni? Oves meas, inquit: cui non planum, non designasse aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excipitur, ubi distinguitur nihil.*¹⁾

Illud vero abhorret a veritate, et aperte repugnat constitutioni divinae, iurisdictioni romanorum Pontificum episcopos subesse *singulos*, ius esse; *universos*, ius non esse. Haec enim omnis est caussa ratioque fundamenti, ut unitatem stabilitatemque toti potius aedificio, quam *partibus* eius *singulis* tueatur. Quod est in caussâ, de qua loquimur, multo verius, quia Christus Dominus fundamenti virtute confieri voluit, ut portae inferi non praevaleant adversus Ecclesiam. Quod promissum divinum constat inter omnes de Ecclesia universa intelligi oportere, non de singulis eius partibus, quippe quae utique vinci inferorum impetu possunt, nonnullisque earum, ut vincerentur, singillatim evenit. Rursus, qui gregi praepositus est universo, eum non modo in oves dispersas, sed prorsus in multitudinem insimul congregatarum habere imperium necesse est. Num regat agatque pastorem suum universitas ovium? Num successores Apostolorum, simul coniuncti, fundamentum sint, quo Petri successor, adipiscendi firmamenti caussâ, initatur? Profecto cuius in potestate sunt claves regni, ei ius atque auctoritas est non tantum in provincias singulares, sed in universas simul: et quo modo episcopi in regione quisque sua non solum privato cuique, sed etiam communitatî vera cum potestate praesunt, ita Pontifices romani, quorum potestas christianam rempublicam totam complectitur, omnes eius partes, etiam unâ collectas, subiectas atque obedientes habent potestati suea. Christus Dominus, quod iam dictum satis, Petro eiusque successoribus tribuit ut essent *vicarii* sui, atque eamdem in Ecclesia perpetuo gererent potestatem, quam ipsem gesserat in vita mortali. Num Apostolorum collegium magistro suo praestitisse auctoritate dicatur?

Hanc vero, de qua dicimus, in ipsum episcoporum collegium potestatem, quam sacrae litterae

¹⁾ *S. Brunonis episcopi Signiensis, Comment. in Ioan. part. III, cap. 21, n. 55.*

¹⁾ *De Consideratione lib. II, cap. 8.*

tam aperte enuntiant, agnoscere ac testari nullo tempore Ecclesia destitit. Illa sunt in hoc genere effata Conciliorum: *Romanum pontificem de omnium Ecclesiarum praesulibus iudicasse legimus: de eo vero quemquam iudicasse, non legimus.*¹⁾ Cuius rei ea ratio redditur, quod auctoritate Sedis Apostolicae maior non est.²⁾ Quare de Conciliorum decretis Gelasius: *Sicut id quod prima Sedes non probaverat, constare non potuit, sic quod illa censuit iudicandum, Ecclesia tota suscepit.*³⁾ Sane Conciliorum consulta et decreta, rata habere vel infirmare semper romanorum Pontificum fuit. Conciliabuli Ephesini acta rescidit Leo magnus: Ariminensis, reiecit Damasus: Constantinopolitani, Hadrianus I.; canonem vero XXVIII Concilii Chalcedonensis, quod assensu et auctoritate caruit Sedis Apostolicae, velut incassum quiddam constat iacuisse. Recte igitur in Concilio Lateranensi V Leo X statuit: *Solum romanum Pontificem, pro tempore existentem, tamquam auctoritatem super omnia Concilia habentem, tam Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissolvendorum plenum ius ac potestatem habere, nedum ex sacrae Scripturae testimonio dictisque Patrum ac aliorum romanorum Pontificum sacramrumque canonum decretis, sed propria etiam eorumdem Conciliorum confessione manifeste constat.* Sane claves regni caelorum uni creditas Petro, item ligandi solvendique potestatem Apostolis una cum Petro collatam, sacrae literae testantur: at vero summam potestatem sine Petro et contra Petrum unde Apostoli acceperint, nusquam est testatum. Profecto a Iesu Christo nullo pacto accepere. — Quibus de causis, Concilii Vaticani decreto, quod est de vi et ratione primatus Romani Pontificis, non opinio est invecta nova, sed vetus et constans omnium saeculorum asserta fides.⁴⁾

Neque vero potestati geminae eosdem subesse, confusione habet administrationis. Tale quicquam suspicari, primum sapientia Dei pro-

hibemur, cuius consilio est temperatio isthaec regiminis constituta. Illud praeterea animadverendum, tum rerum ordinem mutuasque necessitudines perturbari, si bini magistratus in populo sint eodem gradu, neutro alteri obnoxio. Sed romani Pontificis potestas summa est, universalis, planeque sui iuris; episcoporum vero certis circumscripta finibus, nec plane sui iuris: *Inconveniens est, quod aequaliter super eundem gregem constituantur. Sed quod duo, quorum unus alio principalior est, super eamdem plebem constituantur, non est inconveniens; et secundum hoc super eamdem plebem immediate sunt et Sacerdos parochialis et Episcopus et Papa.*¹⁾ Romani autem Pontifices, officii sui memores, maxime omnium conservari volunt quidquid est in Ecclesia divinitus constitutum: propterea quemadmodum potestatem suam ea qua par est cura vigilantiâque tacentur, ita et dedere et dabunt constanter operam ut sua Episcopis auctoritas salva sit. Imo quidquid Episcopis tribuitur honoris, quidquid obsequii, id omne sibimetipsis tributum deputant. *Meus honor est honor universalis Ecclesiae. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur.*²⁾

His quae dicta sunt, Ecclesiae quidem imaginem atque formam ex divina constitutione fideliter expressimus. Plura persecuti de unitate sumus; cuiusmodi hanc esse, et quo conservandam principio divinus auctor voluerit, satis explicavimus. Quotquot divino munere beneficioque contigit, ut in sinu Ecclesiae catholicae tamquam ex ea nati vivant, eos vocem Nostram apostolicam audituros, non est cur dubitemus: *Oves meae vocem meam audiunt.*³⁾ Atque hinc facile sumpserint quo et erudiantur plenius, et voluntate propensiore cum pastoribus quisque suis et per eos cum pastore summo cohaereant, ut tutius queant intra ovile unicum permanere, fructuumque ex eo salutarium maiorem ubertatem capere. Verum aspicientibus Nobis in auctorem fidei et consummatorem Iesum,⁴⁾ cuius vicaria potestate, tametsi impares dignitati

¹⁾ Hadrianus II in allocutione III ad synodum Romanam ann. 869. Cf. Actionem VII. Concilii Constantinopolitani IV.

²⁾ Nicolaus in Ep. LXXXVI, ad Michael. Imperat: *Patet profecto Sedis Apostolicae, cuius auctoritate maior non est, iudicium a nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio.*

³⁾ Ep. XXVI, ad episcopos Dardaniae, n. 5.

⁴⁾ Sess. IV, cap. 3.

¹⁾ S. Thomas, In IV Sent. dist. 17, a. 4, ad q. 4, ad 3.

²⁾ S. Gregorius M., Epistolarum lib. VIII, ep. XXX, ad Eulogium.

³⁾ Io. 10, 27.

⁴⁾ Hebr. 12, 2.

et muneri, fungimur, caritate eius inflammatur animus; illudque de se a Christo dictum, de Nobis metipsis non sine caussâ usurpamus: *Alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere, et vocem meam audient.*¹⁾ Nos igitur audire et caritati Nostrae paternae obsequi ne recusent, quotquot sunt, qui impietatem tam late fusam oderunt, et Iesum Christum Filium Dei eundemque servatorem generis humani agnoscent et fatentur, sed tamen vagantur ab eius Sponsa longius. Qui Christum sumunt, totum sumant necesse est: *Totus Christus caput et corpus est: caput unigenitus Filius Dei, corpus eius Ecclesia: sponsus et sponsa, duo in carne una. Quicumque de ipso capite a Scripturis sanctis dissentiant, etiamsi in omnibus locis inveniantur in quibus Ecclesia designata est, non sunt in Ecclesia. Et rursus, quicumque de ipso capite Scripturis sanctis consentiunt et unitati Ecclesiae non communicant, non sunt in Ecclesia.*²⁾ Ac pari studio ad eos provolat animus Noster, quos impietatis non funditus corrupit pestilens afflatus, quique hoc saltem expetunt, sibi patris esse loco Deum verum, terrae caelique opificem. Hi quidem apud se reputent ac plane intelligent, numerari se in filiis Dei nequaquam posse, nisi fratrem sibi Iesum Christum simulque Ecclesiam matrem adsciverint. Omnes igitur permanenter, sumpta ex Augustino ipso sententia, compellamus: *Amemus Dominum Deum nostrum, amemus Ecclesiam eius: illum sicut patrem, istam*

¹⁾ Io. 10, 16.

²⁾ *S. Augustinus, Contra Donatistas epistola, sive De unit. Eccl. cap. 4, n. 7.*

*sicut matrem. Nemo dicat: ad idola quidem vado, arreptios et sortilegos consul, sed tamen Dei Ecclesiam non relinqu: catholicus sum. Tenens matrem, offendisti patrem. Alius item dicit: absit a me, non consul sortilegum, non quaero arreptium, non quaero divinationes sacrilegas, non eo ad adoranda daemonia, non servio lapidibus: sed tamen in parte Donati sum. Quid tibi prodest non offensus pater, qui offensam vindicat matrem? Quid prodest si Dominum cofiteris, Deum honoras, ipsum praedicas. Filium eius agnoscis, sedentem ad Patris dexteram confiteris, et blasphemas Ecclesiam eius?.. Si haberes aliquem patronum, cui quotidie obsequeris; si unum crimen de eius coniuge diceres, num quid domum eius intrares? Tenete ergo, carissimi, tenete omnes unanimiter Deum patrem et matrem Ecclesiam.*¹⁾

Plurimum misericordi Deo confisi, qui maxime potest animos hominum permovere, et unde vult, et quo vult, impellere, benignati eius universos, quos in oratione spectavimus, vehementer commendamus. Caelestium vero donorum auspicem et benevolentiae Nostrae testem vobis, Venerabiles Fratres, Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XXIX Iunii An. MDCCCLXXXVI, Pontificatus Nostri decimo nono.

LEO PP. XIII.

¹⁾ Enarratio in Ps. 88, sermo II, n. 14.

Responsa SS. Rit. Congregationis.

Dubia quoad officia votiva.

Nonnulli Calendariorum redactores a Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum resolutionem supplicibus votis efflagitarunt, nimirum:

I. An in Officiis votivis, inter se concurrentibus, Vesperae dividendi semper debeant iuxta peculiarem Rubricam, vel considerari potius debeat

ratio dignitatis iuxta decretum *Eulgato* die 14 Augusti 1894?

II. An privilegium, quod Rubricae Generales Breviarii tribuunt Octavis Festorum Domini et Deiparae, ut nempe illae cedant tantum in concursu duplicibus secundae classis, istae vero solis

duplicibus maioribus, intelligendum sit de solis octavis ad Festa primaria pertinentibus, an de octavis quibuscumque?

III. Dies octavi Festorum primariorum, Archangelorum, S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph, et Ss. Apostolorum, suntne iudicandi digniores in ordine ad praelationem, in concursu cum aliis duplicibus minoribus?

Et Sacra eadem Congregatio, referente infra scripto Secretario, exquisita sententia Commissionis

Liturgiae, omnibusque maturo examine perpensis rescribendum censuit:

Ad I. et II. *Affirmative* quoad primam partem.
Negative quoad secundam.

Ad III. *Affirmative*.

Atque ita rescripsit, die 22 Maii 1896.

C. Card. **Aloisi Masella**, S. R. C. Praefectus.

L. † S. **Aloisius Triepi**, S. R. C. Secretarius.

49.

Decretum Generale circa Orationes in Missis defunctorum.

Ut Omne tollatur dubium super Orationibus et Sequentia dicendas in Missis Defunctorum, Sacra Rituum Congregatio declarat:

I. Unam tantum esse dicendam Orationem in Missis omnibus, quae celebrentur in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, die et pro die obitus seu depositionis, atque etiam in Missis cantatis, vel lectis permittente ritu, diebus III, VII, XXX, et die unniversaria, nec non quandocumque pro defunctis Missa *solemniter* celebratur, nempe sub ritu qui duplii respondeat, uti in Officio quod recitatur post acceptum nuntium de alicuius obitu, et in Anniversariis late sumptis.

II. In Missis quotidianis quibuscumque, sive lectis sive cum cantu, plures esse dicendas Orationes, quarum prima sit pro defuncto vel defunctis certo designatis, pro quibus Sacrificium offertur, ex iis quae inscribuntur in Missali, secunda ad libitum, ultima pro omnibus defunctis.

III. Si vero pro defunctis in genere Missa celebretur, Orationes esse dicendas, quae pro Missis quotidianis in Missali prostant; eodemque ordine quo sunt inscriptae.

IV. Quod si in iisdem quotidianis Missis plures addere Orationes celebranti placuerit, uti Rubricae potestatem faciunt, id fieri posse tantum in Missis lectis, impari cum aliis praescriptis servato numero et Orationi pro omnibus defunctis postremo loco assignato.

V. Quod denique ad Sequentiam attinet, semper illam esse dicendam in quibusvis cantatis Missis, uti etiam in lectis quae diebus ut supra privilegiatis fiunt: in reliquis, vel recitari posse vel omitti ad libitum Celebrantis iuxta Rubricas. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 30. Iunii 1896.

Caj. Card. **Aloisi Masella**, Praefectus.

Aloisius Triepi, Secretarius.

50.

Decretum S. Rituum Congr. circa dubia quoad Ecclesiae consecrationem.

Instantibus nonnullis Rmis Episcopis pro resolutione authentica aliquorum dubiorum, consecrationem Ecclesiae respicientium, Sacra Rituum Congregatio, suffragia unius et alterius tum ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, tum ex Sacrae ipsius Congregationis Consultoribus, necnon

el cuiusdam professoris in Iure Canonico, exquisivit et typis edenda curavit. Hinc Emus et Rmus Dominus Cardinalis Franciscus Segna in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis, subsignata die ad Vaticanum habitis, eadem dubia discutienda ita proposuit, nimirum:

I. An Ecclesia, in cuius consecratione omissa fuit consecratio Altaris, habenda sit valide consecrata?

II. *Utrum Ecclesia, e cuius parietibus vel partim vel integre disiicitur simul incrustatio, vulgo intonaco, ut renovetur, consecrata maneat vel, exēcrata?*

III. An Altare, sive fixum sive portatile, enor- miter fractum, sed firmiter coementatum aut ex pluribus lapidibus efformatum, valide ac licite consecrari possit?

Et Sacra eadem Congregatio, omnibus maturo examine perpensis, propositis dubiis, respondendum censuit:

Ad I. Affirmative, nempe valide; sed non licite, nisi habeatur Apostolica dispensatio, quamvis aliqua, vel omnia Altaria iam consecrata reperi-

antur; ideoque servandus omnino est ordo Rituum Pontificalis Romani, ut integritas consecrationis perficiatur.

Ad II. *Ecclesia consecrata remanet, quamvis in eius parietibus opus tectorium sit renovatum.*

Ad III. Negative; scilicet non potest Altare, de quo fit mentio, valide ac licite consecrari. Die 19. Maii 1896.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Leoni Papae XIII. per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae eiusdem Congregationis ratam habuit et confirmavit, die 18. Iunii, eodem anno.

C. Card. **Aloisi Masella**, S. R. C. Praefectus.

L. † S. **Aloisius Triepi**, S. R. C. Secretarius.

51.

Impedimenta consanguinitatis commulata.

Beatissime Pater!

Non raro contingit in Gallia matrimonio jungi sponsos in secundo aequali consanguinitatis gradu devinctos, quorum subinde soboles, post secundam generationem, easdem iterum in eodem gradu prohibitas nuptias appetit contrahere; ex quo fit ut, in hoc posteriori casu, sponsis duplex communis stipes originis existat, unus quidem principalis et remotior, in quarto gradu, alter vero intermedius et proximus, in secundo.

Iamvero, in his circumstantiarum adiunctis, non una est auctorum sententia circa numerum impedimentorum eaque declarandi necessitatem.

Alii enim unicum putant dari in casu dirimens impedimentum consanguinitatis, nimirum in secundo aequali gradu, nec ulterius, tacto semel stipite proximiori, esse attendendum ad stipitem remotiorem quarti gradus, eo quia, aiunt, prohibet canonica jurisprudentia quominus stipes idem bis in enumeratione impedimentorum adhibeatur.

Alii e contra praeter impedimentum praefatum secundi gradus, de quo nulla esse potest controversia, duplex aliud haberí contendunt quarti

gradus aequalis impedimentum, necessario, sub periculo nullitatis declarandum; unum quidem, dum sponsi linea per avum, et linea sponsae per aviam, usque ad communem stipitem quarti gradus protenditur, alterum autem, dum, inversa ratione, ad eundem gradus quarti stipitem ducitur linea sponsi per aviam, atque per avum linea sponsae: nec isti auctores laesam reputant allatam superius regulam quae vetat utique ne utraque linea simul per eamdem personam transeat, minime vero impedit transitum per duas diversas, mariti et uxoris (avi et aviae) personas, intermedium stipitem constituentes.

Quidam demum utramque sententiam existimant in jure probabilem, nec ad validitatem matrimonii referre utrum prima (de unico impedimento) an posterior (de triplici impedimento) adhibeatur in praxi.

His positis, quandoquidem in dies crescit lugendus sane numerus matrimoniorum inter consobrinos, ad compescendos angores conscientiae, Episcopus Cenomanensis ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, humiliter postulat sequentis dubii solutionem:

In casu stipitis intermedii (secundi gradus) ex duobus inter se iterum (in secundo gradu) consanguineis constituti, utrum unicum existat et declarari debeat in libello supplici dispensationis, impedimentum consanguinitatis, videlicet illud solum quod ex hoc proximiori stipite intermedio procedit.

An insuper duo alia habeantur et declaranda sint impedimenta, provenientia ab remotiori stipite communi (quarti gradus) per lineas in stipite intermedio conjunctas.

Fer. IV. die 11 martii 1896.

In Cogne genli S. Rom. et Univ. Inquis., proposita suprascripta instantia, Emi, ac Rmi Dni Cardinales Inqres Genles, praehabito Rmosum Consultorum voto, respondendum decreverunt:

Negative ad primum, Affirmative ad secundum.

Sequenti vero fer. V, 12 die, SSmus D. N. Leo Div. Prov. Pp. XIII, in audientia r. p. D. Assessori S. O, impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem benigne adprobare dignatus est.

J. Mancini Can. Magnoni, S. R. et U. I. Not.

52.

Trauung von Officieren des Ruhestandes.

Die k. k. Landesregierung für Krain hat mit Note vom 17. November 1896, Nr. 17.143, Nachstehendes anher mitgetheilt.

Aus Anlass mehrerer in letzter Zeit vorgekommener Fälle, in welchen „für Localanstellungen vorgemerkt“ Officiere des Ruhestandes von Civil-Seelsorgern getraut wurden, ohne daß die vorgeschriebene militärbehördliche Bewilligung hiezu beigebracht worden wäre, hat das hohe k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht über Ersuchen des k. u. k. Reichskriegsministeriums darauf aufmerksam gemacht, daß die Trauung eines Officiers des Ruhestandes erst dann vorgenommen werden darf, wenn sich der Trauende durch Einsichtnahme in das Pensionsdecreet des Bräutigams über die Zulässigkeit der Übernahme des Trauungsactes die volle Überzeugung verschafft hat.

Ist der Bräutigam nach seinem Pensionsdecrete als „invalid“ in den Ruhestand versetzt (Formular 1) oder später

erst als „invalid“ klassifiziert, oder nachträglich aus der Vormerkung für Localanstellungen gelöscht worden (was ebenfalls auf dem Decrete ersichtlich sein muss), so bedarf derselbe zur Geschließung keiner militärbehördlichen Bewilligung.

Dagegen ist eine solche *unbedingt* erforderlich, wenn die Übernahme des Bräutigams in den Ruhestand „unter Vormerkung für eine Localanstellung“ oder diese Vormerkung erst später erfolgte. (Formular 2.)

Die genaue Einsichtnahme in das Pensionsdecret des zu Trauenden kann sonach den Civilseelsorger jedes Zweifels überheben, ob der Officier des Ruhestandes zur Geschließung einer militärbehördlichen Bewilligung bedarf.

Hievon werden die hochw. Pfarrämter unter Hinweisung auf den h. ä. Erlaß vom 26. Juni 1881 (Diözesanblatt Nr. 6, IV., pag. 49, de 1881) zur genauen Darnachachtung hiermit in Kenntnis gesetzt.

I.

Das k. u. k. Reichs - Kriegs - Ministerium findet die Übernahme Euer
auf Grund der stattgehabten Superarbitrierung als
invalid,

in den Ruhestand anzordnen.

Die Pensionsgebühr im Betrage von jährlich

wird Euer
vom 1. 189 unter
Einem angewiesen.

II.

Das k. u. k. Reichs - Kriegs - Ministerium findet die Übernahme Euer
auf Grund der stattgehabten Superarbitrierung
in den Ruhestand, unter Vormerkung für eine
Local-Anstellung und für die Verwendung
bei

im Mobilisierungsfalle anzordnen.

Die Pensionsgebühr im Betrage von jährlich
fl.

wird Euer
vom 1. 189 unter
Einem angewiesen.

Die Eintragung des Namens des unehelichen Vaters in die Taufmatrik ist von der zustimmenden Erklärung der Mutter nicht abhängig. (§ 164 a. b. G.-B.)

(Erkenntnis des B.-G.-S. vom 19. Juni 1895, S. 3110.)

Johann Dotrel in Bolehoscht ca Min. des Innern (M.-R. Dr. Bernard); E. vom 16. Juli 1894, S. 17703, puncto Verweigerung der Legitimations-Vorschreibung der Francisca Kánsky auf den Namen Dotrel.

„Die angefochtene Entscheidung wird nach § 7 des Ges. vom 22. October 1875, R.-G.-B. Nr. 36 ex 1876, aufgehoben.“

Entscheidungsgründe. Der angefochtenen Entscheidung liegt nachstehender Thatbestand zu Grunde. — Am 15. Juni 1870 wurde in Bolehoscht Francisca Kánsky geboren und in die Geburts- und Taufmatrik als ein außereheliches Kind der Katharina Kánsky eingetragen. — Der Name des außerehelichen Vaters kommt in der Matrik nicht vor. — Katharina Kánsky hat am 13. Juni 1871 den Johann Dotrel geheiligt und ist am 11. September 1886 gestorben. Im April 1894 bat Johann Dotrel unter Darstellung dieses Sachverhaltes und unter ausdrücklicher Anerkennung seiner Vaterschaft in Betreff der Francisca Kánsky um Ergänzung der Geburts- und Taufmatrik durch die Eintragung, dass er der außereheliche Vater der Francisca Kánsky sei, und dass die letztere durch die nachträglich erfolgte Verhelichung ihrer natürlichen Eltern legitimiert worden sei. — Mit der Erledigung der böhm. Statthalterei vom 5. Mai 1894, S. 60.432, wurde dieses Ansuchen mit der Motivierung abgewiesen, dass die Kindesmutter, die im § 164 a. b. G. B. bezeichnete zustimmende Erklärung nicht abgegeben hat und der Abgang der Zustimmung der Mutter behufs der Legitimationsvorschreibung durch andere Beweismittel im politischen Wege nicht erzeigt werden kann. — Diese Erledigung wurde aus deren Gründen mit der nunmehr angefochtenen Entscheidung des Min. des Innern vom 16. Juli 1894, S. 17.703, bestätigt.

Diese Entscheidung beruht jedoch auf einer unrichtigen Auslegung des § 164 a. b. G.-B., welcher in voller Consequenz der im § 163 a. b. G.-B. getroffenen Vorschrift lediglich normiert, dass die Angabe der Mutter allein nicht genüge, um den Beweis der Vaterschaft einer bestimmten Person herzustellen. — Auf welche Weise dieser Beweis herzustellen sei, bestimmt aber der § 163 a. b. G.-B., indem er denjenigen als den Erzeuger eines Kindes bezeichnet, welcher in gerichtsordnungsmässiger Weise überwiesen wird, dass er der

Mutter eines Kindes in der kritischen Zeit beigewohnt habe, oder wer dies auch nur außer Gericht gestellt.

— Dem entsprechend normiert auch das Hofkanzlei-Decret vom 27. Juni 1835, Pol. Ges.-Samml. Bd. 63, Nr. 97, dass dem unehelichen Vater, falls er sich bei der Taufe oder später in das Taufbuch als solcher eintragen wollte, dies in Gegenwart des Seelsorgers und eines Zeugen uawiegerlich zu gestatten sei, woraus hervorgeht, dass die Gegenwart oder überhaupt eine Angabe der Mutter hiezu nicht erforderlich ist.

Die Richtigkeit dieser Auslegung der gesetzlichen Vorschriften ergibt sich auch aus der Erwägung, dass es sich hier in erster Linie um die Rechte des Kindes handelt, diese aber doch nicht von der Willkür der Mutter abhängig gemacht werden konnten. — Die entgegenstehende Auffassung würde zu der unhaltbaren Consequenz führen, dass dem Kinde auch die erfolgreiche Befreiung des Rechtsweges unmöglich wäre, wenn es nicht eine, die Vaterschaft betreffende Erklärung der Mutter nachzuweisen vermöchte. — Wird aber — wie dies wohl zweifellos ist — angenommen, dass dem Kinde die Befreiung des Rechtsweges gegen den Vater ohne zustimmende Erklärung der Mutter freisteht, dann ist nicht abzusehen, wieviel die von dem außerehelichen Vater in sollemmer Form vor dem Seelsorger und vor der politischen Behörde erklärte Anerkennung der Vaterschaft für die Frage der Vaterschaft minderwertig sein sollte, als ein vom dem Kinde etwa erwirktes Contumaz- oder Submissionsurtheil. — Die angefochtene Entscheidung, welche die angefochene Eintragung des außerehelichen Vaters in die Taufmatrik von einer zustimmenden Erklärung der Mutter oder von einem — nicht auf dem politischen Wege — zu erbringenden Beweise dieser Zustimmung abhängig mache, war daher, als im Gesetze nicht begründet, aufzuheben.

Wenn auch der Regierungsvertreter bei der mündlichen Verhandlung — abgehend von dem in der angefochtenen Entscheidung aufgestellten Erfordernisse einer Zustimmung der Mutter — lediglich eine diesbezügliche Angabe der Mutter als erforderlich erklärt, so ändert dies nichts an dem vorstehend Gesagten, nach welchem die Eintragung des Namens des unehelichen Vaters in die Taufmatrik überhaupt ohne jede Emanation der Mutter geschehen kann.

54.

Apostolski breve

glede spovedi, ki je potrebna za zadobitev
odpustkov.

Kakor znano, morejo se udeležiti tisti, ki se spovedó
vsaj enkrat vsak teden, to je vsaj po preteku vsakih sedem
dnij (n. pr. vsako soboto), vseh tistih odpustkov, za ka-
tere se zahteva spoved in ki so dobiti dotični teden.

Sveti oče so ta indult za ljubljansko škošijo tako
raztegnili, da zadostuje mesto tedenske spovedi spoved
na vsakih štirinajst dnij. Kdor opravi torej sv. spoved
najmanj vsaj po preteku vsakih štirinajst dnij (n. pr. vsako
drugo soboto), more zadobiti vse tiste odpustke, ki spa-
dajo v ta čas in za katere je treba opraviti sv. spoved.

Dotično pismo slôve:

Beatissime Pater!

Jacobus, Episcopus Labacensis, ad pedes S. V.
provolutus supplex implorat ut ob inopiam Confessio-
riorum Christifideles suae Dioecesis, qui infra unam vel
duas uniuscujusque mensis hebdomadas Sacramentalem
Confessionem peragere solent omnes et singulas Plena-
rias Indulgentias eo temporis intervallo concessas lucrari
possint et valeant absque Sacramentali Confessione pree-
scripta pro singulis Indulgentiis plenariis lucrandis, dum-
modo tamen reliqua, quae ad eas consequendas injuncta
sunt, rite praestiterint.

Et Deus etc.

Vigore specialium facultatum a SSmo D. N. Leone
Papa XIII tributarum, S. Congreg. Indulgentiis Sacrisque
Reliquis praeposita, attenta Confessoriorum inopia, beni-

Častitim duhovnim pastirjem se naroča, naj ob-
vestijo o tej ugodnosti, ki je podeljena sedaj za tri leta,
vernike ali v posebni pridigi ali pa pri krščanskem
naku ter naj je spodbujajo, da si to milost marljivo
obračajo v svoj prid.

Častiti gospodje duhovni pastirji pa naj radi ho-
dijo v spovednico ter naj dajo s tem vernikom priliko,
da se morejo te milosti udeleževati.

Apostolisches Breve

bezüglich der zur Gewinnung der Ablässe erforderlichen Beichte.

Bekanntlich können jene, die wenigstens einmal in jeder Woche, d. h. wenigstens nach Ablauf von je sieben Tagen (z. B. jeden Samstag) zu beichten pflegen, alle in diese Woche fallenden Ablässe, für welche die hl. Beichte vorgeschrieben ist, gewinnen.

Der hl. Vater hat nun dieses Indult für die Diöcese Laibach derart ausgedehnt, dass statt der wöchentlichen die zweiwöchentliche Beichte genügt, und dass daher, wer mindestens nach Ablauf von je vierzehn Tagen (z. B. jeden zweiten Samstag) die hl. Beichte zu verrichten pflegt, alle in diese Zeit fallenden Ablässe, für welche die hl. Beicht erforderlich ist, gewinnen kann.

Das betreffende Rescript lautet :

gne annuit pro gratia ita ut Christifideles Dioecesis Labacensis, qui infra unam vel duas hebdomadas uniuscuiusque mensis Sacram Confessionem peragere solent, omnes et singulas plenarias Indulgentias eo temporis intervallo concessas absque Sac. Confessione pro singulis Indulgentiis plenariis praescripta, lucrari possint et valeant, dummodo lethalis culpae post ultimam confessionem concii non sint, et cetera opera iniuncta rite exequantur. Praesenti ad triennium valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 16 Maii 1896.

A. Card. Steinhuber, Praef.

Die hochw. Seelsorgegeistlichkeit wird angewiesen, von dieser zunächst auf drei Jahre gewährten Begünstigung die Gläubigen sei es in einer eigenen Predigt sei es in der Christenlehre in Kenntnis zu setzen und sie anzueifern, dass sie davon auch fleißigen Gebrauch machen

Die hochwürdigen Herren Seelsorger und Beichtväter werden aber nicht ermangeln, durch fleißigen Besuch des Beichtstuhles den Gläubigen auch Gelegenheit zu geben, dass sie sich vorstehender Begünstigung theilhaftig machen können.

55.

Ausfertigung von Exoffo-Matriken-Auszügen für Ungarn und fremde Staaten.

Die hiesige f. f. Landesregierung hat mit Note vom 10. De-
cember 1896, Nr. 18.473, Nachstehendes anher mitgetheilt:

Zufolge Erlasses des hohen f. f. Ministeriums des Innern
vom 25. November I. J., B. 38.931, wird das hochwürdige

fürstbischöfliche Ordinariat mit Bezug auf die hieramtliche
Note vom 20. August I. J., B. 12.700, diensthöflich ersucht,
die mit der Matrikenführung betrauten Seelsorger gefällig
anweisen zu wollen, dass sie sich bei Ausfertigung der für

Ungarn sowohl als auch für fremde Staaten bestimmten Groß-Matrikalauszüge, deren äußere Form und Einrichtung dem Auslande nicht geläufig ist und welche überdies vielfach in fremde Sprachen erst übersetzt werden müssen, einer ganz deutlichen Schrift und einer ebenso sorgfamen Genauigkeit bekleiden, wie bei den für das Inland bestimmten.

Hie von werden die hochw. Herren Matrikelführer mit Bezug auf den h. A. Erlass vom 15. August 1896 (Diözesanblatt V, 34, p. 70) zur genauen Dar nachachtung in Kenntnis gesetzt.

56.

Slovstvo.

Enchiridion Liturgicum in usum Clericorum et Sacerdotum in sacris functionibus. Ex libris liturgicis, S. Rituum Congregationis decretis et probatis auctoribus collegit Josephus Erkler, Consistorii episcopalis consiliarius, direct. spiritualis Seminarii clericalis Labacensis. Lucra dabuntur orphanis sublevandis. Labaci. 1896, Sumptibus Auctoris. Venumdatur in Libraria catholica. Pret. fl. 150.

Opusculum hoc, multa cum sollertia et diligentia compositum, non probamus tantum, sed pro merito laudamus etiam universoque Clero Nostro summopere

commendamus, desiderantes quam quod maxime, ut sancta sancte, proindeque semper debita cum observantia et obedientia erga ea omnia tractentur, quae S. M. Ecclesia pari cum sapientia ac pietate pro cultu divino rite obeundo praescripsit.

Episoden aus den Kämpfen der k. k. Nordarmee 1866. Gesammelt und herausgegeben von Arthur Bouvier und Johann Krausz. Der Betrag ist gewidmet der Erhaltung und Errichtung von Denkmälern für die im Jahre 1866 auf dem nördlichen Kriegsschauplatze gefallenen Krieger. In Commission der Verlagsbuchhandlung „Styria“ in Graz.

57.

Konkurzni razpis.

Razpisana je stolna dekanija s kanonikatom cesarske ustanove pri stolni cerkvi sv. Nikolaja v Ljubljani. Prošnje so obrniti na Njega ces. kr. apostolsko Veličanstvo.

Razpisana je tudi župnija Soteska, v dekaniji nove meški. Prošnje so obrniti na svitlo lastništvo patronskoga posestva Ainöd.

Zadnji rok za vlaganje 12. januar 1897.

58.

Škofijska kronika.

Kanonično vmeščena sta častita gospoda: Ignacij Žitnik na baron Rauberjev beneficij, dné 1. decembra in Jožef Lavtičar na župnijo Rateče, dné 3. dec. 1896.

Č. g. Janez Plevaneč, župnik v Soteski, je prezentovan za župnijo Vavta Vas.

Č. g. Jan. Piber, kapelanu v Mošnjah, je župnija Brusnice in g. Leop. Zale tel župnija Goriče podeljena.

Premeščena sta častita gospoda: Frančišek R. a. Čevič iz Vipave kot eksposit v Trnje pri Slavini.

in Anton Žnidarsič iz Knežaka kot kapelan v Vipavo.

Umrl je preblagorodni gosp. Dr. Henrik Paule pl. Glanfeld., generalni vikar in spiritualibus, insulirani stolni dekan itd. dné 14. novembra, in častiti gospod Janez Štamar, vpokojeni župnik v Velikem Gabru dné 19. nov. 1896.

Priporočata se v molitev častiti duhovščini.

Knezoškofijski ordinariat ljubljanski, dné 30. novembra 1896.